

de Flore, quod paterna imitatione atque materna spetialiter inter ceteras ecclesias regni nostri fovendum duximus<sup>a)</sup>, indulisse, ne cum cetera multitudine idem monasterium videatur<sup>a)</sup>, quam post acceptum imperii diadema et ingressum regni ac solemnem curiam Capuae celebratam fieri iussimus sententiae subiacere. Eapropter universitati vestre mandamus et auctoritate presentium sub gratie nostre pena districte precipimus, quatenus nullus vestrum idem monasterium Floris et eius in Calabria sitas filias abbatias, de iis, que de feliciū augustorum parentum nostrorum dive memorie ac nostra concessione vel confirmatione per privilegia possiden..<sup>a)</sup>, presumat vel super eorum aliquo multo vel modico molestare, ut sicut communem legem privilegia privata non generant, sic spetiale hoc acta generalia non includant.

Datum apud Neapolim XXVI decembris, indictione nona.

# XI.

*Kaiser Friedrich befiehlt den Justitiaren und Kämmerern in Kalabrien und Val di Crati das Kloster S. Giovanni in Fiore in seinen Besitzungen und Rechten zu schützen.*

1221 Juni 13, Messina

*Matera, Biblioteca Provinciale, Ms. 21/II (Venusio II), fol. 81<sup>r</sup>–82<sup>r</sup> (M).*

*Druck:* –

*Regesten:* Baraut, S. 248 Nr. 20; BZ 86 (zu 1205).

*Anmerkung Venusios zur Vorlage, fol. 82<sup>r</sup>:* V' è il sugello pendente da fili di seta cremisi in cera bianca fatta, in pezzi conservati ora in borsetta di tela.

Fredericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie iustitiariis et camerariis Calabrie et Vallis Gratis tam presentibus quam futuris fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Gravem ad nos frater<sup>a)</sup> Mattheus venerabilis abbas et conventus monasterii Florentis fideles nostri querimoniam destinarunt, quod cum divi augusti illustrissimi parentes nostri possessiones in Sylva sub certis finibus plene et libere cum omni iure, quod suo dominio competebat, concesserint ipsis et monasterio, eorundem et ex privilegiis donatorum et concessio-

---

XI. a) frater M